



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldus>**

**Lvgdvni, 1585**

De superbia ornatus lectorum. Cap XVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](#)

res & videntes. Sunt etiam lupi agnos Dei, & oves clamoribus exterrentes. ¶ Item ipsi sunt impij in Deum, & matrem ecclesiam, in proximū & in seipso. In Deum, dum filios eius occidunt: in matrem ecclesiam tam militantem, quam triumphantem, dum defraudant eā gaudio quod habere debuit de cōuerfione peccatorū. Nōnne impius esset in matrem suam, qui postquam perperisset filium cū magno cruciatu, quando deberet consolari in filio suo nato, occideret ei illū? Sic facit irrisor matris ecclesie. Iob 10. 16. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cū autē peperit puerū, iam non meminit presulū propter gaudium, quia natus est homo in mūdo. ¶ Item impij sunt irtores in Deum, quia rursum crucifigunt filium Dei, ad Hebreos 6. Et in Psal. Super dolorem vulnerum eius addiderūt, dum animas, pro quibus mortem sustinuit, ei auferunt. ¶ Irrisores etiam sunt impij in proximum, dum vulnus spirituale ipsius iam per paenitentiam sanatum iterū concidunt. Iob 16. Concidit me vulnere super vulnus. ¶ Derisores fratres suos à diaboli carcere liberatos iterū capi faciūt. Non reputaretur Christianus ille qui Christianos liberatos à carceribus paganorū iterum capi faciet: quid ergo dicendū est de his qui liberatos à carcere diaboli iterum capi faciūt? Hi retrograde diaboli videntur esse. Maiores compassionē haberent derisores de cane vno, vel de asino suo, quā de fratribus suis. Si enim canis portaretur à lupo, libarent eū, si possent. Et si asinus alicuius cecidisset in lutum, ipsi inuarent ad leuandū eum: fratres verò suos impediunt, ne à lupis infernalibus liberetur, vel ne à luto peccati iubileuerit. Fratres suos à naufragio liberatos iterum submergi faciunt. Impij etiam sunt in seipso: quia cum in mari huius mūdi naufragent, tamen paenitentiam, quā secundum Hieron. est secunda tabula post naufragium, sine qua euadere nequeunt, odio habent. Ex quo aliquis est in mortali peccato, si omnes angeli, & sancti rogarent pro eo, nō posset saluari nisi paenitentia pro eo intercedat. Vnde mirabiliter esst paenitentia amanda peccatoribus, tanquam singulare remedium ipsorum. Irrisores ad paradisum transite volūt: tamē pontem, per quem solum transire possunt, scilicet paenitentiā, odiunt. Ipsī propitiatione indigent, cum rei sint aeternā dānationis: tamen propitiatorium odiunt, scilicet paenitentiā, per quam solam Deum possint habere propitium. De propitiatione legitur Exodi 25.

**P** De superbia ornatus lectorum. C A P. X V I I I .  
Ost superbiā ornatus humani, dicendum est de superbo

ornatu lectorum. Notandum ergo q̄ tria possunt esse reprobabilia in lectis: scilicet nimia mollescit, nimia pretiositas, & magnitudo. Aliqui enim tam magnos lectos faciūt, q̄ diabolus bene posset quiescere ibi cū eis. In paruo lecto pauperis, dō inuenit diabolus, vbi quiescat. Esa. 28. Coangustatum est stratum, ita vt alter decidat, & palliū breue vtrūque operire non potest. Et Mat. 12. Cū immūdus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quartes requies, & nō inuenit. Loca arida sunt, pauperis lectus, & pauper dom⁹ pauperis, vbi diabolus nō inuenit se quis.

*¶ De sex quæ debent cohibere homines ab ornatus lectorum.*

Six verò sunt quæ possent & deberent cohibere homines lectis superbis. ¶ Primum est, maledictio quæ fit eis. Amos 6. 11. vobis qui dormitis in lectis eburneis, & lascivitis in stratis vestris. Pauper intrans lectū suū, benedictione præmissa, faciat gnum crucis super lectum suum: superbis intrat lectum suū, perbā, maledictione Dei præmissa. ¶ Secundū est cōsideratio eti Dominici, scilicet crucis. De quo lecto Aug. Lectū suum dimisit Christus discipulis suis. Quicquaque vult cum illo quietare in cælo, cū illo in isto iaceat lecto. Moriatur in cruce, si videt Crucifixum placatū videre. Crucem Christi intelligo totam vestam eius cruciati plenā. Superbus minister est, cui non sufficit lectus Domini sui. Bern. Circuire possum calum, terram, mare & omnia quæ in eis sunt, & nō inuenio te nisi in cruce. O bone Iesu, ibi iaces, ibi dormis in meridie. Idem: Omnem reuolvet vestram Saluatoris, ab utero virginis usque ad paribulum crucis, nō inuenies in eo nisi stigmata paupertatis. ¶ Tertium est, timor lecti infernalis. De quo lecto Esa. 14. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuum; subter te sterneur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Interlin. Cui prius palliū auro gemitisque distincta. Satis molestè sustinebunt superbis, qui nunc nullo modo iacerent in lecto, in quo alius iacueret, qui nunc pari non possunt, q̄ in lecto eorū esset pulex, quādo in lectis eorū erunt tinea sub eis, & vermes super eos. Ad augmentum verò molestiæ erit, q̄ nunquam consueti fuerunt talibus. Ad augmentum etiam pœna erit, q̄ lecti illi nunquam inurbabuntur. Non est ita pulcher lectus in mūdo in quo aliquis no[n] grauaretur iacere per octo dies cōtinuè: quām graue erit iacere in tam horribili lecto homini delicato pluribus annis, quā satis aquæ guttæ in mari? ¶ Quartū est, amor lecti interioris. Amor enim illius lecti deberent negligere lectum exteriorem. In lecto conscientiæ quiescerent ipſi de nocte & de die, & etiā Deis

cum il-  
dandus  
ti volu-  
De lec-  
lectus :  
didus:  
cruciāt  
corpus  
verinib-  
bit serp-  
tam sup-  
Sextu-  
minis i-  
per lec-  
Desu-  
S Equ-  
drag-  
prohib-  
multip-  
tatus n-  
tum. Si-  
equiter-  
exillis-  
vident-  
habea-  
sicut ac-  
scendit-  
sicut ac-  
fameli-  
M v-  
perbia-  
ta scr-  
res eq-  
omne-  
dicit g-  
rum p-  
31. Vx-  
dum a-  
tantū-  
equit-

cum illis, si diligentia debitam haberent circa illum. Ideo laudandus esset per singulas noctes, ex exemplo David, sicut viri delicati volunt habere candida linteamina quasi singulis noctibus. De lecto isto legitur Cant. 1. Lectus noster floridus. Econtrario lectus aliquorum per negligientiam eorum non floridus est, sed sordidus: & ubi quiescere debuerunt cum Deo, ibi inquinantur & cruciantur cum diabolo. ¶ Quintum est, consideratio lecti in quo corpus ponetur in morte: scilicet consideratio sepulchri in quo a vermis corrodetur. Eccl. 10. Cum moritur homo, hereditabit serpentes, bestias, & vermes. Incongruum est cadaver ponit in tam superbo lecto, quod ponendum est in tam vili sepulchro. Sextum est, consideratio illius lecti in quo nobilior pars hominis iacet, scilicet cor: velut nolit superbus, cor illius iacet super lectum immunditia plenum, scilicet stomachum.

*Desuperbia que appareat in equitaturis.* C A P. X I X.

Sicutur de superbia quae appareat in equitaturis. Quae quadrupliciter appareat. Primo, in multiplicatione equorum, quae prohibita est etiam regi, Det. 17. Cum fuerit rex constitutus, non multiplicabit sibi equos, nec reducat populum in Aegyptum equitatus numero sublevatus. Secundo, in non necessario vnu equorum. Sicut accidit illis, qui per modicam leucam nolunt ire nisi egalent, qui pro nihilo videntur pedes habere, cu non ambulet exillis. David: Pedes habent & non ambulabunt. Importiores videntur esse tales homines paralyticis, cu ire non possunt nisi habeant multos equos. Tertio, in nimia exquisitione equorum, sicut accidit illis qui equos volunt habere impinguatos ad ascendens oculos hominum. Quarto, in superbo ornatu equorum: sicut accidit illis qui Christum dimitunt in pauperibus nudum & famelicum, & equos suos phaleris deauratis, & deargentatis ornant.

*¶ De his que debent homines cohibere a tali superbia.*

M U L T A sunt quae possunt & debent homines cohibere a superbia ista. Primum est multiplex combinatio, quam facit sacra scriptura equitatibus. Vnde Zach. 10. Comfundantur ascensores eorum, & 12. eiusdem: In die illa, dicit Dominus, percutiam omnem equum in stupore, & ascensorum eius in ametia. In stupore, dicit gl. ita ut qui viderint percussos stupeant, & ascensores eorum pressi magnitudine periculi vertantur in demetiam. Et Isa. 13. Vx qui descendunt in Agyptum in equis sperantes. Secundum est exemplum Christi, qui non legitur equitas, sed semel tantum asinasse, & tunc ibat ad mortem suam, in signum quod multi equitudo tendunt ad mortem eternam. Multum debebet mouere